



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 125. Duo Cardinales ab Eugenio creati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
A. C. 1446.

§. CXXV.

*Duo Cardinales ab Eugenio creati.*

*Æn. Sylv.* **S**anctus Antoninus & *Æneas Sylvius*,  
*comm. l. I.* qui hanc Francofordiensis conventus  
*Antonin.* tit sententiam nobis scriptam reliquerunt,  
*22. c. 11. §. 17* narrant, Eugenium prædictos suos Le-  
gatos, eoquod rem bene feliciterque egis-  
sent, ad Cardinalatus purpuram promo-  
visse, illisque Francofordia Romam re-  
deuntibus, cum jamjam urbem ingre-  
drentur, rubros galeros obviam misisse,  
ut ea dignitatis prærogativa aucti, in ur-  
bis ingressu augustiores apparerent.  
Equidem Thomas paulo post Eugenio in  
Pontificatu successit, Carvajalus autem  
insignibus legationibus prospero semper  
successu functus reperitur.

§. CXXVI.

*Sanctus Antoninus Archiepiscopus*  
*Florentinus renuntiatus.*

**E**odem ferme tempore Eugenius san-  
ctum Antoninum nominavit Archi-  
episcopum Florentinum, eumque suffecit  
in locum Bartholomæi de Zabarellis:  
Hic erat Nepos alterius ejusdem nomi-  
nis Cardinalis, quem Cardinalem Flo-  
rentinum vulgo appellare consueverant;  
eoquod & ipse urbis illius Archiepisco-  
pus